Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

rebant Et ideo subdit Non est qui
faciat bonum scilicet meritorium licet
aliquis faciet de genere Non est usque
ad unum dicit lyra quod hoc non
habeatur in hebreo et in translacione
ieronimi sed infra ponitur in illo versu
Omnes declinaverunt et ibi exponitur
Dominus de celo Ra ps ubi queritur po
nitur predicte malicie examina
cio tunc dicit Dominus de celo prospexit
quod nichil potest latere eum ut infra
de preparato habitaculo suo etc.
super filios hominum scilicet Nabuchodonosor
et suos ut videat si est intelli
gens scilicet per veram cognicionem
aut requirens deum scilicet per bona
operacionem Sed quales eos invene
rit subdit Omnes declinave
runt scilicet a rectitudine iusticie simul
inutiles facti sunt id est nocentes si
bi ipsis et aliis et tunc declina
verunt quod non est qui faciat
bonum non est usque ad unum
id est nec unus repperitur inter omnes
qui faciat bonum vel secundum lit
teram potest exponi exceptive
sic In omnibus populis non est
nisi unus scilicet populus Iudeorum
qui faciat bonum Racio quia ille po
pulus habuit legem per quam
tenuit verum cultum unius dei
Sepulchrum etc. Ostendit quomodo
inutiles facti sunt quia nocent
aliis Nam sepulchrum patens
etc. q. d. alios devorat quibus
morum suorum pravitatem per
suadebat linguis suis dolose
agebant Racio quia malum quod interius
re non poterant potestate infre
querebant fraudulenta adula
cione Venenum aspidum id est do
lus aspidum sub labiis eorum

quia noluit audire bonum et recte
obdurant aures sicut aspis voces
incantancium Quorum os male
diccione id est blasphemiis contum
ad deum et amaritudine contum
ad proximum pedes id est affectus eorum
veloces ad effundendum sanguinem
Racio quia ad iram multos interfecerunt
scilicet filios Sedechie regis et
multos de populo israel Contricio
et infelicitas in viis eorum ut
quando (?) 24 id est in operibus eorum Racio
ut dicit Augustinus vie malorum
plena sunt doloribus et mise
riis Et viam pacis scilicet terrene no
luerunt et subdit causam dicens
Non est timor Et ideo declina
verunt etc. Racio quia timor domini est fons
vite ut declinet a ruina
mortis Prima ratio dicit glossa ordinaria quod
isti tres versus Sepulchrum etc.
Quorum os etc. Contricio etc. non
sunt in hebreo Et propter hoc psalmus
ille in sequentibus repetitus non
habet. Sed forte dicet aliquis contra
Racio Apostolus allegat istos tres
versus Ro 3 ubi dicit Scriptum
est quod non iustus quisquam non est
intelligens nec est requirens
deum usque ibi Non est timor
Solucio dicit glossa ordinaria quod Apostolus
ad vituperacionem Iudeorum con
currit illos versus Ad Ro. inter partibus
sic dicens est veritatem quod re
cepimus paris (?) et invenit in hebreo
quia alias Iudeis non valuisset
allegacio Solucio Non allegat
Iudeis Sed Romanis Non cog
noscent Ra ps ubi queritur ponitur
premissorum peccatorum iusta pena
tunc dicit Nonne etc. q. d. utique cog
noscent dei iusticiam penam
eis infligendam q. d. iam non
cognoscent sed tunc cognoscet

Timor domini est fons vite

Ra ps

magistri Nycolai de lyra